

Mythologia, Venise, 1567 - IX, 08 : De Cyclopibus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[127-128\] : De Cyclopibus](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 08 : De Cyclopibus](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 09 : Des Cyclopes](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 08 : Des Cyclopes](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IX, 08 : De Cyclopibus, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 03/02/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/945>

Copier

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination275v°-278v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Cyclopes](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

Mythologia

viribus è memoria oblitteranda sunt cum ad aras accedimus.) sed etiã quia, cum Deos corpora cœlestia esse arbitrantur, è numeris & harmonicis proportionibus Deos ipsos constare putarent. Sic igitur per hymnorum, & instrumentotũ, & saltationũ rhythmũ Deorũ naturã imitabatur, & oblectabatur sacrificantes, & dies festos agentes, cõniuiis ac Genio indulgentes, Deorumque ipsorum felicitatẽ aliquo pacto imitantes, pro viribus proximẽ ad Deorum immortalium naturam accedebant. Nam cum præclarum Dei opus mundum concentu constare crediderint, omnia musica Diis grata esse merito existimabant. Orpheus vero cum alios marinos, alios terrestres, alios cœlestes dæmonas è Curetibus appellet, videtur dæmonas ten pestatibus præfectos, vel potius ventos ipsos Curetas existimasse, vt apparet ex his;

10

χαλαστέωνται, ἀέροι τινὲς ἔχοντες
ἕρμιν, χθονίη τε, καὶ ἡνέλιος ἀνελκίστη
ζωήτης σφινξ, αἰέρον εὐπύρρον δῖονα,
Aërea pulsantes Curetes arma; marini,
Cœlestes, ac terrestres, Mauortia pubes.
Fructiferi venti, qui vasti mœnia mundi
Seruatis.

20

Nihil sanè aliud horum strepitus, quàm vim ventorum indicabat; qui etiã ministri Æheæ dicebantur, quoniam per ventos, vt dictum fuit, & pluuiæ & frigora & omnia denique naturæ opera perficiantur. Nam nullum animal potest gigni nisi per ventum sperma extrudatur, quod ipsum accidit in omnibus plantarum seminibus. Quòd autem venti sint Curetes, & quòd iidẽ & salutis & molestiarum in naturæ operibus sint autores, patet ex his Orphei carminibus, quæ pontum etiam ab illis exagitari significant; cum nihil aliud quàm venti mare infestet magis;

30

δαίμονες ἀθάνατοι τριφύου, καὶ ἀνταλατῆρες,
ἢ τίς αἰὲρ ἔρραινεταί, χολήμονες αἰδράπυτοι.
Ἰαλαώτης βίης καὶ κτήρατα, τίς καὶ αὐτῆς
σπέρμαται. Τεταχὴν δὲ μέγας σείσσει βελούδων.
Διὶ δ' ἄρ' ὁ δεινὸς ἐν ἡλῶνι ἔχθρα σπέρμα.
Ὅχλ' ἄρ' αἶψα καλὰ δὴ θησέμεται γυῖα λαῶν.
Dæmones æterni, ac perdetes facta virorum,
Cum grauis irarum fluctus vos fuscitat: arua
Vastantes, frugesq; nouas: tum rursus & arua
Frugibus implentes. per vos mare murmurat alte:
Conuulsæq; cadunt plantæ ab radicibus imis.
Et latè resonat cœlestis sibilus auræ.

40

Nam omnis fertilitatis & salutis animalium autores sunt venti, quare ministri terræ merito ab antiquis sunt crediti. At de Curetibus & Corybanti-
bus satis, nunc de cyclopibus dicamus.

De Cyclopibus.

Cap. VIII.

FVerunt autem Cyclopes Cœli & Terræ filii, vt ait Hesiodus his in Theogonia;

Γένετα δ' αὖ καὶ λαοὶ ἀντρίβοι ὅσπερ ἔχοντες
ἠριεπύτοι, Τερπιδέται, καὶ ὄφρα ἰδὲ γέννηται.

si finis

Mythologia

αὐτὸν δὲ κλέδισσας μεταλίσθαι· τῆς μὲν ἑστῆρα
 Νύκτι ἐν Λιπάρῃσι, ἀλλὰ πῶς ἔστι
 ἑστῆρα ἢ μελῖτον, ἢ αὖ ἀκρῶτα ἢ φαῖνον
 ἢ τῶν αὖτις μύδων, ἐπὶ τῇ γὰρ μέγῃ ἵππῃ.
 Continuo Cyclopes adit: tunc repperit illos
 In Lipara, namq; hic habitabant: nomen at illi
 Tum Meligunis erat. candentis pondera citcum
 Hi stabant ferri, Vulcani in eudibus amplis
 Impositi. nam vrgebat opus prae grande.

- 10 Eurip. in Cyclope videtur reliquos Cyclopes Polyphemi filios putasse cum itaq scribat dicentem Polyphēmum;

εἴς τε δὲ σάββας ἀποκρίσας ἀντὶ
 σίματος.

Custodientes filios cerno greges.

Hunc in spelunca habitare solitum, & oues in Sicilia custodire, magis notū est, quam ut indigeat explicatione, cum in eadem tragœdia etiam id scribat Euripides, & Homerus libro primo Odysseæ. Scriptum reliquit Onasus in 1. libro rerum Amazonicarum Laonomen Herculis sororem Amphitryonisq; & Almenæ filiam fuisse Polyphemi uxorem. Erat autem victus Polyphemi, aliorumque Cycloporum fructus, quicunq; e terra nascebantur, nullisque vtebantur legibus, ut ait Hom. in lib. 1. Odys. quos etiam ἀδελφεὰς siue exleges vocat in his;

καλλίπαιδ' ἐγὼ γὰρ ἑσπερίαν ἀδελφεὰν
 ἐν μὲν, ὅτε δὴ τῶν ἀποκρίσας ἀνακρίσας
 ἔτι φερόμεναι χερσὶ φερόν, ἢ τ' ἀρῶνται.
 ἀλλὰ τὰς ἀποκρίσας, καὶ ἀδελφεὰς αὐτὰ φέρονται,
 περὶ καὶ τὰς καὶ ἀρῶνται, αὐτὰ φέρονται
 ἐν τῇ γὰρ φερόναι καὶ φερόναι ἐν τῇ γὰρ φερόναι.
 τῶν καὶ τὰς ἀρῶνται φερόναι, ἢ τῇ γὰρ φερόναι.
 ἀλλὰ αὐτὰς ἀρῶνται φερόναι καὶ φερόναι
 ἐν τῇ γὰρ φερόναι φερόναι ἐν τῇ γὰρ φερόναι.
 φερόναι καὶ ἀρῶνται, ἢ ἀλλὰ φερόναι φερόναι.

30

Venimus ex legum ad cyclocum protinus arua,
 Qui superum freti bonitate haud semine iactio
 Obuertunt terras, manibus nec germina plantant.
 Omnia sponte sua nullis nascuntur aratris
 Hordea, frumentumue coactum, ac ipsa racemos
 Vir ea producit, quos augeat Iupiter imbri.
 Non fora, non causas norunt, non iura senatus:
 Aspera in excelsis habitantes montibus antra,
 Et puer, & magnis de rebus iudicat vxor.

40

Nam primum viuendi genus, quod urbanitatem quandam videretur continere, primi insinuerunt Cyclopes; qui cum filiis & vxoribus de rebus vtilibus cōsultabant. Fuerunt qui dixerint vtile fuisse ciuitates condere, & cum homines in vnum conuenissent leges ferre, atque idcirco hominum commodorum autores mirificis laudibus extollunt. Ego contrā, nihil magis perniciosum contigisse humano generi hominum censeo, cum commoda illa, quæ cū ciuitatibus excogitata sunt, omnium scelerum principium & causæ fuerint.

Satis

Satis enim erat homini ad feliciter viuendum Dei cognitio, & lex, quæ pul-
sari quæpiam vetasset, cū avaritia, latrocinia, ignauia, ambitio, bella, Deo-
rum contemptus, & omnia scelera denique cum commodis ciuitatum pulu-
lauerint, quæ nisi introducta fuissent, oēs plantationibus & agriculturæ nunc
essemus intenti, felicissimique sine principum avaritia viueremus. Fama est
Galatæam fuisse amaram à Polyphemo, vt ait Theocritus in Cyclope. Istud
autem contigit quia Philoxenus Cytherius cum eò adisset, templumque vi-
disset Galatæam à Cyclope erectum causam ignorans, Polyphemum illā amas-
se credidit, & idcirco templum illud ei erexisse, vt scripsit Alcimus lib. 3. re-
rum Sicularum, & enartator Theocriti. Ad huius amoris remedium & histu- 10
la, & Musarum cantibus vsus est Polyphemus, vt testatur Theocritus. dicitur
Polyphemus non modo amasse Galatæam, sed etiam Galatæam ex illa su-
scipisse vt testatus est Bacchylides. Hylam præterea non ab Hercule, sed à
Polyphemo fuisse amatum memorant, vt ait Socrates in commentariis ad
Idotheum, & Zenodorus in linguis. Dicitur & Tyrinthe vires opus fuisse
Cyclopum, cuius muri fuerunt è rudibus lapidibus extructi, eratque illa eo-
rum magnitudo, vt nec minimus quidem eorum vel iumentorum bigis loco-
moueri posset, vt scriptum reliquit Pausanias in Corinthiacis. quod factum
fuit ad Præti gratiam, vt ait Strabo libro octauo. Erat autem Polypheme-
us cyclopum princeps homo non solum agrestis & ferus, sed plane incon- 20
sideratus, qui cum pecudibus etiam aliquando loqueretur, vt testatur Cice-
ro libro quinto Tusculanarum disputationum. nam is beatum arietem appellat, quod
quam veller, posset inire, & attingere, cum Cyclops ariete illo nihilo esset
prudensior. Quis enim sapiens appellari possit, qui felicitatem humanam
in turpissima libidine sitam esse arbitretur? nam qui inter vina, lautioraque
pocula, aut inter immodicum commodorum à natura ad conseruanda corpo-
ra datorum vsum se felicem censeat, ebrietateque omnium propè facino-
rum turpissima vincatur, non ne inter belluas potius hic, quam inter homi-
nes est connumerandus? Quid enim deformius dici aut commemorari po-
test, quam si tantum Polyphemi corpus in spelunca prostratum, & frustra 30
esorum hominum cum vino eructans, multoque vomitu pectus & barbâ de-
turpatam ac foetissimè olentē, & ipsum Polyphemum inter eum vomitum ia-
centem videremus? at quantæ vires quàm paruis poculis infractæ sunt? neque
abhorret sanè ab huiusmodi ebrietate & imprudentia, legum, æquitatis, &
Deorum contemptio, & impietas omnis illa, quam Homerus illi attribuit;

ὅτι τὸ πολὺν ἐν τῇ ἀποικίᾳ τῆς ἀποικίας τῆς ἀποικίας.

Νέστις δὲ ὁ ἴσος, ὃς περὶ τὴν ἀποικίαν.

Ἐπεὶ δὲ τὸν ἀποικίαν τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

ὃς ἀποικίας τῆς ἀποικίας, ὃς ἀποικίας.

Sic ego: sic contra is turbato pectore fatur.

Stultus es, aut huc è longinquis finibus erras;

Qui curare Iouemque mones, superosque vereri.

Nec mos Cyclopum est superos curare, Iouem ut;

Quod superisq; Ioui; superno robore præstant.

Nec tibi, vel locis parcam, magni Iouis iram

Aaaa

Quo

Mythologia

Quo vitem ; nisi sic animo mihi federit ipsi.

Atque is, qui nullo rationis ductu, nullaque vel hominum vel Deorum reuerentia moueatur, trahatur'ue ad æquitatem, quo pacto non tanquam bel-lua omnem suam felicitatem in ventris voluptate collocauit ? at tanta fuit eius Cyclopi arrogancia, vt nulla habita beneficentiæ Dei, & benignitatis cœli ratione, se terram ad fertilitatem cogere arbitraretur, tanquam sola hu-mana diligentia sufficeret agris colendis. sic enim gloriatur apud Euripidē ;

10

ὅ γὰρ αἰάρον ἄλ' ὄϊον, καὶ μὴ δῖον,

τίσιν οὐκ ἔστιν, τὰ μὲν πικρὰ βότα.

Α' ἔγὼ τοῦτο δῖον, πᾶσι γὰρ, δούρι δ' ἴδ'.

καὶ τῷ μύθῳ γὰρ ἔτι δὲ δαίμονες.

ὡς πρὸ ἀνθρώπων καὶ φάρμακ' ἐνὶ σπέρματι,

ῥυτί τ' ἔστιν ἀνθρώπων τῶν καὶ σφύροντι,

δυσκὴ δὲ μὲν αὐτοῖς, οἰδὲ πρὸς σέρποντι

ἴδμεν ποικιλλομένῳ ἀνθρώπων βίῳ

καὶ αἰὶν ἀνθρώπων.

Necesse terræ sit, volenti, siue non,

Herbas creare, pinguis vt sic grex meus.

Nulli Deorum, sed mihi quem nutrio.

30

Et huic Deorum maximo ventri : viris

Vt solus est hic Iupiter prudentibus.

Bibendi edendi hic lex diebus singulis,

Viuenti & vsque suauiter. qui legibus

Ornare vitam protinus mortalium

Voluere, ego valere iussi iamdiu.

Sed tamen tanta hæc arrogancia vltiores Deos aliquando experta est. nam cū in profecti illuc Vlyssis socios Polyphemus sculisset, ac nonnullos uo-rasset, illud verum esse, quod ita scribitur à Theognide, expertus est ;

30

ἀνδρῶν ἔστιν ἀλυσσάμενος ἱερὰν ἀνδρῶν

οἰδ' ἰατρίῃ δ' ἔρεται ἀδανείῃσι λαοῖσι.

Hospes decipiens peregrinos, siue rogantum

Suppliciter vocem, nemo Deos latuit.

Nam profectò ille, qui neque Iouem, neq. superos vel tantilli faciebat, qui terræ etiam imperare sibi videbatur, qui nullam curabat cœli clementiam, hic ab homunculo Vlysse, vel oculo, quem vnicum habebat, priuatus est : Quare non solum Deorum consilio, sed etiam humanis viribus denique ce-dant oportet, qui supra humanas facultates temeritate quadam extollun-tur. Memorix prodidit Apollodorus lib. 1. deorum cyclopes statim natos in tartarum deiectos fuisse, deinde Iouis opera ita precante Tellure, quia victoriam illi aduersus patrem vaticinata esset, è vinculis liberatos, & in lu-cem reductos cæsa Campe, quæ illos custodiebat. Tunc Cyclopes Plutoni ga-leam donarunt, quam si quis haberet, à nemine videri poterat. Tonitrua, & fulgura, & fulmina Ioui, quibus omnes mortales perterritifaceret. Triden-tem autem Neptuno, quo maria omnia perdomaret. Idcirco crediti sunt ex illo tempore Cyclopes, & inter hos maximè Brontes, Steropes, ac Py-racmon fulmina Ioui in Aetna Siciliæ monte facere, vt ait Virg. lib. 8.

40

Ferrum exercebant vasso Cyclopes in antro

Brontesq. , steropesq. , & nudus membra Pyracmon.

His

His informatum manibus iam parte polita
Fulmen erat, toto genitor quæ plurima cælo
Deiicit in terras: pars imperfecta manebat.
Tres imbris torri radios, tres nubis aquosæ
Addiderant, rutili tres ignis, & alitis Austri.
Fulgores nunc terrificos, tonitumq; metumq;
Miscebant operi, flammisq; sequacibus iram.

Cum igitur Aesculapius fulmine cælus fuisset, Apollo mortem filii graviter ferens, fulminis ministros & artifices sagittis confecit, ut est apud Euripidem in Alceſtide. atque ita scripsit Orpheus in Argonaut.

10

*ἄρτεα τῆς ἀνάληψης ἀρμακὶ τῆς εἰς τοὺς
ὁ φθιτῶνς ἐπὶ τοῦ ἀνάληψης ἔκστατος Αἰσῆος.*

Cyclopes quoniam transfixerat ille sagittis,
Aesculapi causa miseri, quæ vulnera flevit.

Atque hæc illa sunt, quæ de Cyclopihus fabulose memoriæ prodita fuerunt ab antiquis scriptoribus; nunc veritatem ex his exprimamus. omnia autem fabularum segmenta, ut diximus superius, proprium quoddam habent historię fundamentum; ut ea quæ dicta sunt de Aeolo, quod adiacentibus Liparæ insulis imperauerit. Sic Scylla & Charybdis dictæ sunt non solum illis de causis, quæ commemoratæ sunt, nauigantes absorbere; sed etiam quia piratæ & latrones loca finitima habitarent, qui præter nauigantia nauigia prædarentur. Læstrygonas autem & Cyclopes Aetnæ & Leontinis vicina loca incolentes immanes & efferos quosdam homines fuisse memorant, & maleficos, & latrones, & in omnes peregrinos prorsus inhumanos, quare hæc de illis tradita sunt. Verumtamen cum nullum scelus mortalium Deus inultum esse patiatur, ut diutius pœnas daret pro flagitiis & crudelitate Polyphemus, Deus non immisit consilium Vlyssi, ut illum, cum posset, iugularet: nam id quidem breue futurum erat supplicium, sed ut oculo illo amplo, quem vnicum habebat, priuaret. Dictus est autem Cyclops ab oculo circulari. Huic ante illud supplicium eximiam crudelitatem, impietatemq; inauditam tribuit poeta, quem facit in amorem propè furiosum, & ebrietate victum, & in omnes voluptates corporis maxime propensum, atq; omnino imprudentem: cum nemo malus & prudens vno tempore esse possit. Alii tamen maluerunt fabulam hanc ad phycas rationes traduci, qui dixerunt Cyclopes esse vapores, è quibus fulmina, & fulgura, & tonitrua nascantur. Hi dicuntur fuisse cæli & terræ filii, quoniam vapores è terra, non nisi per calorem cœlestem extolli, atque extenuari in aera possunt. Cum verò multi etiam ex aquis extenuatis oriantur, merito Europæ siue terræ & Neptuni filius dictus est Cyclops Polyphemus. Huic matrem Stilben tribuerunt, quod nomen splendidam significat. alii Thoosam quasi currentē eius matrem dixerunt, quia frequentes & citi ascendunt vapores, quo tempore fieri solent fulmina. dicti sunt habitare Aetnam montem Siciliæ igne abundantem, quoniam non nisi per calores sunt, cum frigore cogantur, & de cælo depellantur. Horum tres præcipuè dicti sunt Ioui fulmina fabricare Harpes, Brontes, Steropes, quod Harpes ad se rapiat vapores, pro quo alii Pyracmonem sublituerunt. at *ἡ ὀρεων* tonare significat, unde dictus est Brontes. Steropes fulgur est, & splendor is, qui fulmina antecedit. cum hæc in aere contingant circa fulmina, hæc fabula de Cyclopihus conficta est ad ex-

10

30

40

Aaaa a plicanda

plicanda illa quæ fiunt in sublimi ab antiquis. est enim idem atque si dixissent; vapores ex aqua & terra virtute caloris celestis, solis scilicet extenuati sublimes extolluntur, qui ubi condensantur eliso calore, fiunt contrua & fulgura & fulmina, quæ deorsum ab aere supremo, qui Iupiter appellatus est, pelluntur ac deliciuntur. Hi dicuntur fuisse aliquando in tartarum à patre detrusi, & in lucem postea à Ioue reuocati, quoniam calor per hyemem vapores inferius attrahit sub terram, cum vis frigoris illos intra terram coerceat: at Ioue reuocante temperie aeris scilicet, è tartaro liberantur, Campe cæsa, siue glacie potius & crusta terræ liquefacta. fabulantur Polyphemum victum fuisse dolo ab Ulysse, cum antea esset omnibus formidabilis, quia prudentia mortalium res arcanas naturæ denudauerit, quæ antequam cognoscantur sunt in maxima, admiratione ac metu, quales feruntur fuisse eclipses ante Thaletis tempora, qui primus naturam rationemque defectuum solis & lunæ patefecit, animosque mortalium insigni trepidatione liberauit. At Cyclopibus tamen aram pro mortalium dementia fructam fuisse ad quam res diuina fieret, scripsit Pausanias in Corinthiacis, & diuinis honores illis fuisse institutos. ac de Cyclopibus satis, nunc de Lycaone dicamus.

20

De Lycaone.

Cap. IX.

Nequè verò Lycaon satis commodum pro sua crudelitate vitæ suæ finem consecutus fuit; quem tradiderunt fabulæ pro sua feritate ex humana forma in belluam omnium propè ferarum crudelissimam Deorum immortalium ira versum fuisse. Lycaon fuit eius Pelasgi filius, qui regnavit in Arcadia; qui cum primum regnare cœpisset, rudes adhuc homines tuguria ad arcendas frigoris & æstus & imbrum & ventorum iniurias ædificare docuit; tunicasque facere instituit è coriis suillis. Deinde à frondium & herbarum & radicum usu, quibus vel incaute perniciosus aliquando vescebantur pro cibariis, ad salubriores glandes, & ad eas præcipuè quæ de sagis legerentur, diuertit; quare illud dictum est, de Arcadibus ab oraculo;

30

Πολλὰ το δ' αὖτ' ἐσθλὰ βασιλεύουσιν ἀνθρώποι.

Plurimi in Arcadia vespentes glande feroces
Mortales habitant.

Lycaonis mater fuisse dicitur Melibœa Oceani filia, vt putauit Hesiodus, vel, vt aliis magis placuit, Cyllene nympa, vt scripsit Apollodorus lib.3. Fertur Lycaon eodem tempore imperasse Arcadibus, quo Cecrops Atheniensibus; quem Iupiter in lupum vertisse dicitur, quoniam aram Iouis Lycæi infante mactato humanum sanguinem libauerit. Aiunt inter ipsa sacra, antequam ab ara discederetur, illum in lupum fuisse mutatum, sicuti ait in Arcadicis Pausanias. hic in Lycro monte Lycosuram urbem condidit, Iouem Lycæum appellauit, & ludos in eius honorem instituit, quæ vocata sunt Lupercalia. Neque vero solus Lycaon dictus est in illis sacrificiis in lupum fuisse conuersus, sed etiam alii cōplures ex hominibus temporibus sequentibus: qui non tamen in omne tēpus erant mutati, sed decimo tandē anno, nisi interim humanā carnem gullassent, pristina formā recuperabant. Neque sane mirū est hæc memoriæ prodita fuisse ab antiquis, cū præsci illi homines Deorum hospites & cōiux pro iustitiæ pietatisque meritis effici diceretur, quare viris

40

bouia